



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 47. Sessionis prorogatio a Franciæ Legatis petita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

**Sæcul. XVI.** Franciæ Præfulum adventus non pa-  
A.C. 1562. rum sollicitum tenebat Pontificem: quinimo ipse etiam Simonetta (\*) Legatus datis ad Borromæum Cardinalem literis significabat, necessarium fore, ut ante Gallorum adventum Synodus aut dissolvetur, aut faltem ad illum transferretur locum, ubi Pontifex ipius adesse, suaque præsentia illos, qui diffensionem concitare molirentur, reprimere valeret.

## §. XLVII.

*Sessionis prorogatio a Franciæ Legatis petita.*

**Sarp. I. 6.** Cum hæc interea gererentur, rufius  
**p. 536.** Franciæ Oratores importunis pre-  
**Lett. de Lan-** cibus a Legatis petebant, ut Sessio us-  
**sac. a l' Isle** que ad hujus Regni Episcoporum ad-  
**10. Aou.** ventum differretur: Jam enim hi Ora-  
**dans les** tores die decima Augusti libellum por-  
**mem, de** rigebant, exponentes, quod Rex eorum  
**Trente p. 268** Princeps Conciliorum, quæ universam  
**¶ 269.** Ecclesiam repræsentant, decreta rever-  
*Ri,*

(\*) Pallavicinus ait: Seripandus, idque veritati historiæ magis consonum est, cum hæc a Seripando ad Borromæum scripta, ce- teri quoque testentur Auctores, exstantque ejusdem literæ 6. Septembris anno 1562. ad Borromæum datæ.

ri, ac recipere paratus esset, & vehe- Sæcul. XVI.  
menter optaret, ut etiam præsentis Sy- A.C. 1562.  
nodi definitiones ab Ecclesiæ Romanæ  
hostibus prompto animo acceptarentur,  
id vero facillime obtinere speraret, si  
Sessio differretur, usque dum Franciæ  
Episcopi, quorum memoria in priscis  
Conciliis magni habebatur, Tridentum  
venissent, suamque operam Hispanis, at-  
que Italis Præfulibus jam magno nu-  
mero congregatis jungere possent: præ-  
cipue cum illorum absentiæ rationes,  
quas Legati tanquam legitimas agno-  
vere, brevi cessare viderentur, ac insuper  
Protestantes, ob quos Synodus est  
convocata, indies sese interfuturos pol-  
licerentur, proin minorem querendi an-  
fam haberent, perinde acsi in re tan-  
ti momenti nimis præcipiti consilio a-  
ctum fuisset: non ergo suspicandum,  
quod Regis petitio ad Synodum diffi-  
pandam, aut in otio relinquendam ten-  
dat, cum isterea, donec Galli adveni-  
rent, aut de reformatione agi, aut cir-  
ca Calicis usum sanctio fieri posset. (\*)

## §. XLVIII.

(\*) Ergone haud amplius ad Reformatio-  
nis negotium, & Calicis decisionem adeo ne-  
cessaria erat Gallorum Præfulum præsentia, ut  
paulo antea jactabatur? vide §. XLIV. Ast  
forte hi universali Ecclesiæ juxta normam

Aure-

